



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Urbibus, Templis,
Bibliothecis, et aliunde**

Sweerts, Pierre François

Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.

Ambergae.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69234)

Ars, Pietasq; Fides, hic tumulata iacent.

EIVSDEM CENOTAPHIVM.

Memoriae ALBERTI DVRERI viri opt. ac
 aetate sua pictoris absolutissimi, qui nō solum pri-
 mus ē Germanis picturam auxit, illustravit, & ad
 feueriorem legem restrinxit: sed literis posteritati
 commendare cœpit. Quamobrem, præcipuè verò
 ob mores compositos, prudentiam, ac modestiam
 singularem, Nuremburgensibus suis, imò exteris
 omnibus fuit charissimus. Diuo verò Maximilia-
 no, ac Nepoti eius Carolo Cæsaribus, nec non Fer-
 dinando Hungariæ, & Bohemiæ Regi acceptissi-
 mus: qui illum annuo largiq; stipendio fouerunt,
 & summo profecuti sunt favore. Obijt autem non
 sine magno amicorum desiderio VIII. Id. April.
 anno M. D. XXVIII. Anno verò aetatis suæ LVII.
 BILIBARDVS PIRCKHEYMERS amico inte-
 gerrimo M. POS.

AMBERGAE.

IN TEMPLO MONASTERII.

VOLFGANGVS HALLER à Raitenbuech
 & Amerthal, Diuis Carolo V. Ferdinando
 & Maximiliano II. R. R. R. Impp. nec non
 Dn. Friderico III. & Ludouico Patri, & filio Co-
 mitibus Palatinis Rheni Electoribus, &c. & Dn.
 Ioanni Casimiro Comiti Palatino Rheni, &c. Tu-
 tori, & Administratori Palatinat. Electoralis à se-
 cretis & Consilijs. Positis hic carnis & in ea hæ-
 rentis peccati mortalibus exuijs.

Cc

Expe-

Expecto resurrectionem mortuorum, & vitam in
cælo sempiternam, per IESUM Christum Dominum
nostrum, qui constitutus est à Deo Iudex viuorum,
& mortuorum: Quo cum vt post mortem æter-
num beatus viuerem, vixi semper, vt mo-
riturus, anno Chr. M. D. XCI.



PATAVIAE.

IN S. STEPHANO.

Natales mihi clara dedit nomenq³, propago,
Qua nunc insigni dexteritate viget.
En ego Canonicus primis Patavinus in annis,
Casibus in magnis aspera damna tuli.
Corporis exposui vires in † Schismate totas, † scilicet
Ecclesia grādes ne caperentur opes. (Hesleriano)
Curia testatur fortes Romana labores,
An mea profuerit officiosa manus.
Diuinos ritus, exactaq³, munia templi
Ritè reformauit, quando Decanus eram.
Consensu Patrum conscendi Pontificalem
Ecclesia Cathedram, Prasulis arma ferens.
Cæsaream Cameram Iudex bis lectus adiui,
Principibus gratus, Romuleoq³, duci.
Nunc functus vita tumba VIGILAEVS in illa
Antistes iaceo: spiritus astra petit.
Obijt anno M. D. XVII. 8. Id. Nouemb.

ALIUD.

CHRISTOPHORVS cubat hîc à TRENBACH,
Nobilis heros,
Prepositus templi, vrbs ô Patavina, tui.